matutinali fores ecclesie observaret. Et quem
primum ad ecclesiam venire aspiceret nomine Nico-
laum illum in episcopum consecraret/ Hoc aliis
episcopis revelavit ipsos admonuit ut orarent
et ipse foribus expectaret/ Mira res ma-
tutinali hora quasi a domino missus ante
scz omnes. N. venit ante ecclesie. comprehendens eum
dixit ei quomodo tibi nomen est/ Ille incli-
nato capite humiliter dixit ei Nicolaus vestre
sanctitatis servus. Omnes deducentes licet invitum / in ecclesiam
[illegible] in cathedra locaverunt. Ipse autem eandem
quam prius humilitatem et morum honestatem

Sectabatur / In eorum veneratione corpora
mactabat / et mulierum spurcitia vitabat
ipse hoc est / Deus autem omnipotens per eum nulla aequi-
vincere eo nulla inadicta perpetrabat / Sic
in quadam Cronica de eo invenitur
lxiii de nautis quadam die dum quidam nau-
te periclitarentur cum fletu clamabant Nicolae
famule dei / si vera sunt que de te audivimus
nunc ea experiamur / Mox quidam in eius
similitudine apparuit eis dicens / Ecce assum
quia vocastis me / et statim cessavit tem-
pestas et liberati sunt / Cumque ad eius ecclesiam
venissent quem numquam viderant sine indice
cognoverunt / tunc deo et patri de sua libera-
tione gratias egerunt / quod ille divine misericordie
et eorum fidei non suis meritis attribuit / Quodam
lxiiii tempore dum tota illa provincia
famem pateretur validam / ita quod cunctis ali-
menta defecerant / audiens vir dei naves o-
tritico nustas / tritico plenas portum applicuisse
/ illuc statim perrexit / et rogavit nautas
ut saltem modios centum de qualibet navi fame
laborantibus subvenirent / Cui illi / pater non
non audemus / quia mensuratum est Alexan-
drie / et oportet nos imperatoris horreis exhibere
/ Cui sanctus vir ipse inquit / facite modo
quod dico / et ego promitto vobis in virtute
dei / quod nullam diminucionem habebitis apud
exactores / Hoc cum fecissent / eandem mensuram

Crnam Allexandrie receperant exactori
Regis reddiderunt: apertum ergo Imperatori
miraculum extiterunt / et omnes Deum lau-
dabant. Tanto frumento statuit homo sanctus
indigenciam ~~consumptam~~ … distribuit ita ut
ratiocinatione ~~pro tunc~~ duobus annis non tantum
ad esum ~~sufficiant~~ / sed etiam ad seminandum su- (sufficit)
perabundarent. / ~~Vir quidam ab uno~~ (xpianus quidam)
Judeo quandam summam pecunie mutuo
accepit iurans super altare sancti Nicolai cum
aliud fideiussorem habere non posset / quod quanto
citius posset sibi vellet solutum reddere. Cum
illo / Judeus pecuniam postulat / sed ille reddi-
disse asserit / trahitur ergo ad iudicium,
/ et iuramentum indicit debitori. Ille vero
baculum ~~cavum~~ cavatum quem auro repleverat
secum detulerat / ac si eius ~~…~~ (indigentiam haberet)
~~…~~ volens igitur facere iuramentum Judeo
baculum tradidit tenendum / et iuravit quod plus
~~…~~ reddidit quam debebat / Facto itaque iu-
ramento / baculum recepit / et Judeus ignorans
sue astutie complementum sibi restituit. Re-
diens autem qui fecerat iuramentum in
quodam bivio oppressus sompno cecidit. (currus)
Quem cum impetu veniens ipsum necavit et
baculum plenum auro confregit / ac aurum
effudit. Audiens hoc Judeus concitatus
illuc venit / et cum dominum venisset et a
multis sibi suggereretur ut aurum reciperet
omnino renuit / nisi prius qui defunctus fuerat

ad vitam beati Nicolai meritis redderet
asserens se si hoc fieret baptismum suscep-
turum, et se Deum semper cultururum, filium qui
defunctus fuerat resuscitat. Item quidam
Judeus audiens et videns beati Nicolai efficacem vir-
tuosam potentiam in miraculis faciendis yma-
ginem sibi fecit caute sculpi, et eam in do-
mo sua collocavit, cui res suas omnes
commendavit. Et cum aliquo tempore ubi lon-
gius iret, sic dicebat: Ecce tibi Nicolae
cuncta custodienda committo, et nisi bene
custodieris vindictam expetam in te verbe-
rans et flagellans. Quadam igitur die cum
Judeus abesset fures advenerunt et cuncta
rapuerunt et solam imaginem relin-
querunt. Judeus autem rediens et se spoli-
atum videns imaginem taliter allo-
quitur dicens: Domine Nicolae nonne in do-
mo mea posueram te ut res meas a
latronibus servares? Cur hoc facere noluisti et
a latronibus non prohibuisti? Ergo crudeles pe-
nas recipies et pro latronibus penam lues, et pe-
r dampnum meum recuperabo in tuis ver-
beribus. Arripiens quoque imaginem sic eam
verberavit et flagellavit. Mira res dictu!
Nam furibus cum rapiebant sanctus Nicolaus
apparuit tamquam verberatus et dicens:
Ecce tamen quomodo pro vobis flagellatus sum,
ecce quomodo corpus meum est verberatum.
Pergite cito et cuncta reddite que abstulistis

voc

Alioquin vindicta omnipotentis dei deseviat
super vos ita ut scelus vestrum suspendium pa-
tiatur. Ad quem illi: Quis es tu qui
talia loqueris? Et ait: Sum servus christi Nicolaus
quem iudeus ille crudeliter verberavit pro rebus
quas abstulistis. Territi illi ad iudeum ve-
niunt, miraculum referunt, quod imaginem ce-
cidit, et cuncta restituunt. Sicque latrones
ad viam rectitudinis redierunt, et iudeus
ad viam vere christi. Vir quidam pro amore filii
sui, qui addiscebat litteras, festum sancti Nicolai
annuatim solempniter celebrabat. Quadam
vice pater pueri convivium parat et mul-
tos clericos invitavit. Venit diabolus ad ia-
nuam in habitu peregrini petens elemosi-
nam. Pater iubet filio ut det quantocius
peregrino elemosinam. Properat puer, sed pere-
grinum non inveniens ad ianuam insequitur
abeuntem. Cumque ad bivium pervenisset, dia-
bolus puerum strangulavit. Quod audiens
pater vehementer ingemuit, corpus pueri
tulit et in thalamo collocavit. Cepit pro
dolore clamare et dicere: Fili carissime,
quomodo tibi est factum? O sancte Nicolae, est ne ista
merces honoris quem tibi exhibui?
Et dum talia diceret, puer quasi de gravi
sompno evigilans oculos aperuit et sur-
rexit. Vir quidam nobilis rogavit sanctum
Nicolaum ut sibi a deo filium impetraret, promittens
se filium ad ecclesiam suam ducturum et ciphum

ancias cum eo ablaturus / Plangit ergo na-
scitur et ad etatem adultam peruenit / ciphus
aureus fieri iubetur / Cum tamen ei placeret
pater eum usibus adoptauit / et alium eque
precii fecit / Nauigantibus itaque ad sanctum Ni-
colaum / iubet pater filio ut in illo cipho quem
prius fecerat aquam sibi afferret / Puer autem
cum vellet aquam (haurire) cecidit una cum
cipho in mare / et statim disparuit / Pater autem
adhuc flens / in complorationes votum suum com-
pleuit / Veniens igitur ad altare sancti N. / Cum
obtulisset ciphum / tamquam proiectus cecidit de
// ciphum altari / Quod autem cum eleuasset / et super alta-
re iterum posuisset / iterum de altari longius
est proiectus ~~admirantibus omnibus~~ / Eleuauit
autem cum super altare posuit vice iterata
et adhuc longius est proiectus / Admirantibus
omnibus ad tam grande spectaculum / Ecce
puer sanus et incolumis aduenit / primum
ciphum suum gestans manibus et narrauit
coram hominibus omnibus quod cum in mare
cecidisset s. n. eum illesum conseruauit / Gaudens
pater letus effectus est / et utrumque ciphum s. n. ob-
tulit / Iudeus vero emit ymaginem s. n. fi-
lio acquisiuit / que a deo datam venerabatur
/ Fecit igitur s. n. in domo sua capellam
construxit / et omni anno festum suum solemniter
celebrauit / Erat autem ille locus positus inter
terram agarenorum adiacentem / Ergo quadam
vice / ab agarenis capitur et in seruitutem

Regis deputat[ur]. Accidit v[er]o anno adve-
nie[n]te f[est]o s[ancti] n[icolai] q[uo]d p[ate]r ei[us] celebraret, et puer tunc re-
cio(n)is s[ui] officio teneret in manu ciphu[m] regi re-
colens suam captivitatem p[re] nimio dolore, et gau-
dio q[uo]d in domo p[at]ris ea die fiebat ingemi-
scens suspiravit. Cumq[ue] rex cau[sa]m requireret et
ille manifestaret, ait tyrann[us]: Quicquid tuus Nico-
laus agat, hic erit nobiscum manebis.
Subito puer a vento rapitur, et ad fo-
res ecclesie ubi parentes agebant solemnia
collocatur, et magnum gaudium omnibus
generavit. Cum p[er]ea s[ancti] n[icolai] innotuit vita
eius, Cuius multis claruit miraculis ydola-
trium extirpasset, tamen nimium concepta
letus decubuit, voluit q[uod] angelos ad se
venientes. Et dicto psalmo Inte d[omi]ne spe-
ravi usq[ue] ad versum In iusticia tua
libera me, Inclina ad me aurem tuam,
accelera ut eruas me, Esto m[ihi] in deum
protectorem et in locum refugii ut salvum
me facias, Quoniam fortitudo mea et refu-
gium meum es tu, et p[ro]pter nomen tuum deduces
me et enutries me, Educes me de la-
queo quem absconderunt mihi, quoniam tu es protector
meus, In manus tuas d[omi]ne commendo
sp[iritu]m meum, redemisti me d[omi]ne deus veritatis. Et
sic tradidit sp[iritu]m. Cuius corpus cum sepultum esset in
tumba marmorea, a capite fontem olei
et a pedibus fontem aque produxit. Et usq[ue]

hodie ex membris suis rependat cui valet
ad salutem nostram. Unde fabii xij afferet
remissionem omnium peccatorum. Et nobis prestare
dignetur pater et filius et spiritus sanctus. Amen.

Cantate domino canticum novum. Hodie est hec
potentissima in terra celi et terre
nobilissima virginis marie. Nam
potentia suscepit a patre, nobilitatem a filio,
iudicium a spiritu sancto. Ista est illa cistella in
in qua iacuit Moyses, qui postea fi-
lios ipse eduxit de potestate pharaonis.
Quia sicut Moyses iacuit in fiscella (cistella)
ita christus requievit in utero virginis marie
qui postea suo sanguine redemit nos
a potestate dyaboli. Ipsa est illa arbor, que por-
tavit fructum illum, de quo facta est medi-
cina omnibus peccatoribus. Unde ipse est pa-
nis vivus de se dicit Johannes vj°: Qui
manducat meam carnem et bibit meum
sanguinem habet vitam eternam. et ego resu-
scitabo eum in novissimo die. Ipsa etiam
est illa archa in qua sunt media in
urna aurea et tabule testamenti. Cuius
archa sunt tante sanctitatis et potestatis quod qui
sumpserunt et qui eam digne tenuerunt, bona
eius augebantur etc. Et in talibus re-
perunt thezaurum nobilissimum et pre-
ciosum, quod excellit omnes thezauros. Unde
pro ipsa facta erat eo principio omnium seculorum
quia nullus pro adam opera incepit aut fuit

Ista virtute / nisi cooperante gratia consistit / Vel
Expectatur doctrina de consolatione peccatorum
invocancium est per hunc [illegible] quod [illegible]
ite [illegible] dat [illegible] ipsa enim est plena
gratia / Luce primo / invenisti enim gratiam apud
Deum / De hac dicit [illegible] gaudent nos peccatores
quia ipsa non emit gratiam sed invenit / Et
qui invenit aliquid tenetur eam restituere
Ergo homo si perdidisti gratiam tibi curre
peccator recurre ad inventricem dei / pete eam de-
voto corde et dic / Domina virgo redde
michi gratiam quam ego perdidi peccando / teste
theo anglicus / per quam invenisti / Hanc gratiam
ista invenit per humilitatem / Nam dei filius
/ qui est magnus dominus et potens super
omnes creaturas / elegit sibi [illegible]
[illegible] matrem / Et qui maledixit eva
[illegible] / Nam ipsa excellit omnes
status scilicet virginum viduarum et coniugatarum
[illegible] sic virgines sunt caste sed sunt steri-
les / sic vidue sunt tenentes castitatem
/ sed non per corrupcionem / et sic coniugate sunt
plene sed cum corrupcione / Sed ista virgo fuit
[illegible] cum prole / sunt vidua [illegible]
et [illegible] maria / [illegible]
[illegible] / Prima dicit
[illegible] / [illegible] invenit gratiam qui [illegible]
[illegible]
[illegible] / [illegible] / [illegible]
[illegible] et hic

Totam fecit deus ut nostram salutem quam de
p(ro)phetis / hortatur nos ut agamus gratias deo
dicit p(ro)pheta / Cantate d(omi)no canticu(m)
novum quia mirabilia fecit. Pro qua ergo
d(omi)n(u)s qui dicit mirabilia fecit. Signis p(ro)-
monstrata, oraculis p(ro)phetar(um) pronunciata, ab
angelis revelata. et ab ap(osto)lis predicata.
p(ri)mo P(ri)mo fuit demonstrata quinque signis v(idelicet)
in virga Moysi et p(re)figurata fuit incre-
ata virginitas in virga Aaron / et p(re)figura-
//p(er)petuale ta // p(er)petuale fecunditas virginis in vellere
Gedeonis / p(re)figurata est veritas incar-
nationis et in porta Ezechielis p(re)fi-
p(ri)ma gurata est sanctitas / De p(ri)mo signo legi-
t(ur) Exodi iij / apparuit d(omi)n(u)s Moysi in flamma
ignis de medio rubi et videbat q(uod)
rubus ardebat / et no(n) comburebat(ur). Rubus
est arbor humilis / et sic humilis virgo
in qua tamquam rubi medio d(omi)n(u)s descendit
//matre qui venit in ventrem virginis // Iste rubus
ardebat / q(uia) tota virgo habebat in ventre
deum qui est ignis in co(n)sumens q(uod) non
comburebatur q(uia) virginitatem no(n) amisit. Quare
signum ostendit d(omi)n(u)s Moysi ex tunc in-
volunt liberare p(o)p(u)l(u)m suum / de p(otes)tate pha-
raonis / et educere de terra Egypti in t(er)ram
p(ro)missionis / p(er) quod signat q(uod) tunc d(omi)n(u)s vo-
luit liberare genus humanu(m) a potestate dyaboli et
de tenebris inferni et introducere in gau-
2a dium celi. De s(e)c(un)do signo legi(tur) Num(eri)

xxvii° Cum Moyses ex precepto domini tu-
lit xii virgas de singulis principibus et
in unaquaque scripsit nomen principis et
posuit unam virgam continentem tribus si-
militer. Quas virgas posuit in tabernaculo
coram domino. Cumque rediret sequenti die
invenit virgam aaron germinasse et
fructificasse. Virga aaron que contra na-
turalem virtutem per unam noctem floruit
et fructificavit est beata virgo que preter
virilem commixtionem. Hec floruit cum ihesum concepit
tunc fructum produxit cum ihesum genuit. Cuius-
libet autem floruit audi ysaias dicit: Egre-
dietur virga de radice yesse et flos de
radice eius ascendet. De fructu eius
dicit luce i° benedicta tu in mulieribus
et benedictus fructus ventris tui. Sicut
enim virga est flexibilis ita beata virgo est
prona ad miserendum. Sicut dicit Bernardus Maria
aperit sinum misericordie ut de plenitudine
eius accipiant universi. Unde si quis eam
devote salutaverit numquam invenietur. Et
sicut hec virga fuit flexibilis hominibus ita
valde est dura demonibus et nullus co-
rruptele in exodo parebat assimilata virga per-
cussit assimilata adversatur negociator et
hostem qui tunc negociatur qui tenetur
hominem. Iste hoc est per ipsam virgam. Quod
virgo semel fudit angelis terre ancilla

Dominus stat in specie viri tui. Ibi sunt
contraria superbia deminuit et spiritualitatem
virginis. Sed in completo fuit illud quod dic-
dixit ad sponsam de vellere Canticorum vii^o. Ipsa
contexit caput tuum. Caput sponse est super-
Istud bia. Istud caput erexit Eva, quia sponsa
sit dyabolo voluit esse sicut deus. Sed ista
contrivit virgo contrivit ipsum caput superbie per humi-
litatem. Magna fuit humilitas hec, quod vocaretur
ab angelo quod esset plena gratia, et quod esset
deus cum ea, et esset benedicta super omnes
mulieres, quod esset filius dei preposita, et
quod tamen non elevabat in superbiam, sed humi-
3a liter dixit: Ecce ancilla domini. Stat in specie
viri tui. De tali signo legitur Iudicum vi^o.
Quod dominus vellet salvare per se liberare de
potestate Madian, dedit hoc signum liberationis
Gedeoni. Et Gedeon posuit vellus in a-
rea sicca remanente; deinde descendit
206 in aream vellere remanente sicco. Vellus
est signum virginis. Unde Bernardus dicit: Sicut
aqua sit in corpore, nescit passionem corporis,
sic virginitas Marie non sit in carne,
nescit vitia carnis. Unde dominus quando
primo voluit hominem redimere, primo misit
rorem de celo, filium suum in vellus, id est
Marie in uterum virginis. Qui homo concepit de
me: misit rorem et accepit sui crea-
ret de utero virginis natus est in mundum

De quarta signa legitur Ezechielis xliiij° Convertit me ad viam porte sanctuarii et erat clausa. Et dominus dixit ad me: Hec porta clausa erit et non aperietur et vir non transibit per eam quoniam dominus deus israel ingressus est per eam. Porta est etiam virginis ma-tris que dicitur porta sanctuarii quia per eam tenuisse per portam intrabant ad regnum celorum. Hec porta fuit clausa et vir non transibit per eam quia ipsa fuit mater et permansit virgo. Per quam portam tamen dominus ingressus est quia per uterum virginis venit in hunc mundum. Secundum signum. Hec incarnatio fuit prenunciata a prophetis. Ysaie xliiij°. Utinam staret incarnatio ut disrumperes celos et descenderes et a facie tua montes fluxerunt. Prophetaliter spiritualiter sunt miracula sunt que xpus fecit in incarnatione sua quod multi homines non potuerunt sustinere. Dicit Judei heretici qui non volunt credere quod deus factus est homo et virgo genuit et permanet virgo. Audi quid dicit Jeremie xxxiiij° Novum creavit dominus super terram. Femina circumdabit virum. Judei dixissent femina circumdabit infantem vel parvum homo fuisset non est novum. Hic autem dicit circumdabit virum. Femina xpus erat in utero virginis fuit tante sapientie sicut nunc est regnaturus in celo. Unde dicit Ysaie

vijo / Dabit dns ipe vobis signum / Ecce
virgo concipiet / et pariet filium / et vocabitur
nomen eius emanuel . i. nobiscum deus
/ Tercio quia mirabilia sunt revelata ab
angelo Luce p° Missus est angelus gabriel
a deo qui dixit Ecce concipies et paries
filium / et vocabis nomen eius ihesum / Con-
gruum fuit ut bonus angelus inchoaret
principium nre redempcionis / Sicut malus
angelus inchoavit principium nre dampnacionis
est / Ille signum mali angeli / Hic boni
Ille superbia intumuit / Hic humilis / Ille ve-
nebat sola / Hic vero ille ponebat mortem
/ Hic vitam ille maledictio / Hic be-
nedictio / Dnus / Ante eva ad mariam
ante viri ad filium / filia iudeorum
ex nunc ipsa abstulit obprobrium mulieris
/ ipsa satisfaciet pro ex nunc etiam ecce
peccavit vel cecidit per feminam ideo non
erigi nisi per feminam / Quarto quia mira-
bilia sunt predicata ab apostolis / Quarta pro
conspicua tempus / mementote sunt / ut ena-
rrant mirabilia tua semper concedens
electorum adventum xi / et desiderat eum
orat / Dicitur: prestima tempus . i. ut apostoli venerunt
et / memento sunt . i. ut eius redempcionem
/ ut enarrarent mirabilia apostoli predicando
fidem per mundum / Tercius / Dicitur . i. apostoli ena-
rrant gloriam dei / Unde legitur actus x°

tercio

quarto

Cum paulus predicaret atheniensibus
et diceret de resurrectione mortuorum
philosophi epicurei dixerunt volumus hic
que est ista doctrina que a te dicitur
nova enim refert nostris auribus. Sed
reperit in solacium / et ista predicatione punit // redarguunt
nullus ad xiii. Ista sunt ista predicatio
Ut virgo deum genuit / ut ~~spiritus~~ deus carnem
induerit et tamen quamvis in carne re
dimit. Et patet hodierna die quare
tempus mane est initium nostre redemptionis
Ideo habent ut veneremur deum honorare et
invocare exemplo cuiusdam militis de quo
legitur in cronicis magistri stomey // britonensis
Anno in nullo milite diligebat virginem
mariam ita quod in clipeo fecit sibi depin
gere imaginem eius. Volens autem
tre per actus. Et quando fuit adversa
nos / tunc aspexit eius imaginem et
cum auxilio eius vicit / et decima termi
natos carnis et die et laudis permanent
vitam eternam / ad quam nos perducat.
Hec est dies quam fecit dominus / hodie
deus afflictionem populi sui respexit et
redemptionem misit / hodie mortem
quam femina intulit femina fugavit
/ hodie deus homo factus id quod fuit perma
psit / et quod non erat assumpsit. Ergo exor
dium nostre redemptionis devote recolamus

Et exultatum dicentes gloria tibi domine
Primum lignum dum deus creauit omnibus diebus
et omnia terra / In ista die frequenter al-
leluia dico quedam opera / que opera
ta est in hac die / et sunt quatuor / primum
opus est ualde ~~mirabile~~ gloriosum
Secundum est flebile / Tertium est ualde inmise-
rabile et inauditum / Quartum est primum et
primum ualde fructuosum / primum est gaudiosum
Diuina hoc formauit primum hominem
de limo terre et posuit eum in paradiso
ut ibi esset dominus omnium creaturarum in me-
× preter solam arborem dio terre / Secundum hec ei sunt magnum
honor magna dignitate et plenum
2m gaudium / Primum opus est flebile et secun-
dum est quod in hac die eundem
hominem propter solo morsello pomi priuauit
honore et dignitate / et eiecit eum
de paradiso tamquam transgressorem manda-
ti / hec opera sunt flebilia / quia omnes san-
cti prophete defleuerunt hec etiam nobiles
autem et domini cum multis uiris et
clerici puelle autem / defleat hic ecclesia no-
ue obseruandum est a septuagesima
usque ad pascha / quia tunc deponit can-
ticum letitie / Alleluia / Primum flebile sunt de-
fleta dicit quia uir tamen cum hora
comederunt de ligno ~~tuo~~ hec / Sicut

Sicut dii scientes bonum et malum / dominus
vero dixerat: Qua cumque hora comederitis
morte moriemini. Tercium opus fuit spirituale et
mandatum. Tercia hodie virgo concepit sine
semine. Istius operis fuit artifex spiritus sanctus
nuncius fuit gabriel angelus / qui licet hoc
fuit missus a deo ad beatam virginem / quia
vero invenit in foro nec in platea nec
in taberna nec in circa ubi solent virgines
nec hodie exhibent se venales, Sed ibi
invenit eam solam in cella clausa ho-
stio / non dormientem sed vigilantem et ora-
tem / legebat enim Ysaiam ubi scriptum
fuit Ecce virgo concipiet et pariet filium
Et cogitabat intra se / O quam felix erit
ista virgo O quam felices erunt omnes qui eam
videbunt simul O utinam essem di-
gna fieri ancilla eius virginis Et dum
ita cogitaret / nesciens quod ista omnia in
ea deberent compleri Tunc apparuit ei
angelus in specie pulcherrimi iuvenis et salu-
tavit eam / Quartum opus fuit pium et
fructuosum / quia in hac die passus est
mortem crucis / Unde propheta operatus est sa-
lutem in medio terre / scilicet cum est sa-
in medio terre ubi dominus hoc suspensus
fuit in cruce / ubi nos redemit ab eterna
morte / ubi latro clamabat in cruce di-
cens Memento mei domine dum veneris in
regnum tuum Et nos clamemus hoc ad beatam

tau

virginis ut nos dignaretur convertere ad voluntatem
a malo ad bonum ut nobis dignaretur ad-
esse in hora mortis. De qua dicit propheta
Balaam xx° iiij°. Orietur stella ex Jacob
et exurget homo de Israel et consurget
omnes duces alienigenarum. Et erit omnis
terra possessio eius a solis ortu usque ad occasum.

Stella apparet prima quia maior est quam
quam tota terra. Stella etiam est ignei
coloris. Est etiam clara. Et est valde munda
et ex hoc ostenditur. Et decorat celum. Perdu-
cit nautas ad portum. Et lucet in nocte.
Ista omnia invenimus in beata virgine. Lig-
na ut stella per humilitatem quia vocat
se ancillam domini. Et est valde magna
quia est mater creatoris et regina celi et
est domina mundi. Est etiam ignei coloris
per caritatem sicut stella. Et ipsa dicit de
se Ego mater pulchre dilectionis. plena gratia
plena. Est etiam clara quia clarior sideribus
est etiam munda ut stella. Ipsa etiam decorat
celum ut stella quia omnes sancti in celo
[illegible] eam tanquam reginam. Et sicut
stella nautas perducit ad portum. Ita ipsa
ducit peccatores existentes in mundo ad por-
tum celestis patrie. Ipsa etiam lucet ut stella
in nocte id est in tribulacione nostra. Unde ipsa
dicit qui me elucidant id est diligunt ad ce-
teros possidebunt vitam eternam. Ista consequuntur

// apparet

// sequuntur

Israel
// homo de Israel est si-
cut mane qui processit
de gentibus [illegible]

Ducet quando abstulit platonem dixit aug
dominus est in celo et in terra. De hac virgi
ne canitur prima [illegible] dicitur Ave maris
stella dei mater alma atque semper virgo felix
celi porta. Nunc ergo virgo maria comparatur prima
stelle propter tres causas. Primo sicut cum stella
lucet tempore nativitatis christi ibant magi
et perduxit eos in jerusalem et postea in be
thleem ubi invenerunt xpm. Sic beata virgo
perduxit tres reges id est tres status scilicet virginum
viduarum et coniugatorum in celestem Je
rusalem. Secunda enim fuit fortis in fide
Unde apostoli [illegible] Magdalena
maria cleophe maria salomee quando
viderunt xpm post lesum post vulneratum
dubitabant dicentes. Ex quo ita gra
viter est lesus non poterit resurgere a mor
tuis. Et extra dubitacionem fuerunt unguen
ta ut corpus xpi ungerent ne putrescet
Sola tamen virgo in nullo oberravit unica
si in aliquo dubitasset cetera unguenta
quem maria magdalena preparasset. In
signum huius extinguntur omnia lumina
in tenebris matutinis et solummodo
unum remanet inextinctum quod signat 2o
veram fidem. Tercia virginis. Quia sicut stella
est pura sic ipsa fuit casta in corpore et in men
te omnibus diebus vite sue. Laudatur [illegible]
Tota pulchra es amica mea et macula

Non est in te. Nam alique virgines sunt
caste / sed tamen non perseveraverunt in sanctitate et
ideo alique sunt que nunc in corpore tamen in
corde habent fetorem malarum cogitacio-
num / Sed ista beata virgo mansit virgo semper
Nam dicitur Apocalypsis ii° / Esto fidelis usque
ad mortem et dabo tibi coronam glorie
Ipsa eciam speculum indicat Nam speculum
fit de vitro et plumbo / vitrum
notat eius virginitatem / plumbum vero
quod est cinerei coloris notat eius humilitatem
Et sicut vitrum per se et plumbum non facit
per se speculum nisi coniungantur / Sic nec ma-
rie virginitas sine humilitate nec humili-
tas sine virginitate fecissent eam speculum
dei / Ideo dignum est quod eius virginem semper
Exemplum preconizet nobis de quodam clerico / Quidam
clericus solebat parare serta de ro-
sis et liliis / et imponere ipsius ymagini
Sed cum cecidisset in fornicationem apparuit
ei beata virgo portans in pallio multa serta
que iacent ante oculos eius / Cum ille
videret / O domina que tu es / Ego sum illa
domina cui tu fecisti multa serta / sed ex quo
pollutus es iam mihi non placent tua
obsequia / Cum autem cecidisset ante faciem
suam et humiliter peniteret / illa subito plan-
gens disparuit / Tercio potest stella dicitur

tercio

Sic se radius lucis / et non amittit cla
ritatem Sic beata virgo licet genuit xpm
/ qui est radius solis tamen permansit pura
Unde canit ecclesia Sicut sidus radium
profert virgo filium pari forma Secundo sicut
decorem super natat omnibus lucidioribus
Sic beata virgo excellit omnes in iudicias
Et sicut nullus potest dinumerare guttas ma
ris Sic nemo potest exprimere gloriam vir
ginis. Unde Iudith / Istius clamat celum
videt / mundus exultat / contremuit infernus
/ et fugiunt demones. Ipsa cum [illegible]
corde devoto precordialiter / In ore per confessionem
In manu per tractacionem In [illegible] per
deprecacionem / In genibus per presentacionem In
[illegible] per oblacionem Quarto sicut stella
est lucem opposita Ita beata virgo lucet in se lu
men amissit. Unde sicut luna reci
pit lumen a sole / sic ipsa recepit pul
critudinem a filio Sic omnes sunt pul
cra tamen ab ea nulla sunt [illegible] sta
sicut nimia expellit nubes et [illegible]
Sic eius pulcritudo expellit omnes suos
motus de cordibus aliorum Sexto sicut
stella apparet exigua / et est magna sic
ipsa putabatur parva / a iudeis [illegible]
[illegible] propter eius humilitatem Unde mo
ralis Cum nimium est humilis quis
multis reputatur Sed [illegible] in iudaicis

quarto

quinto

hominibus non comparabatur nec conversabatur
cum puellis. Sed cum iudei repu-
tabant extraneam. Sed vere est magna
grat. deo et angelis eius et omnibus sanctis
Quinto angeli de vita et gratia sua dant exce-
ptam dei genitricem mariam de qua pro ha-
liorem dixit deus de petra agitur nulla
xpi spiritus quiescere plenum. Sed cum est
peccatoris et pietatis debemus ergo veniam
congregare possemus et interrogare utrum esset
sine peccato. Secundo videlicet rursum putas
huius illa vera. Iohannes. Si dixerimus quia
peccatum non habemus nos ipsos seducimus
et veritas non est in nobis. Septimo sponsa-
ciat. comparatur terra et generat sal-
vatorem. Terra est infima elementum
et tamen producit de se diversas radices et
propter lapides. Et est clausa ab extra lutosa
et humida. Et tamen effundit de se aurum
et argentum et smaragdum et sal. Etiam
terra calcatur pulsatur vertitur et paritur et
tamen nunquam mutatur vel movetur. Sic ista
spiritualis virgo produxit salvatorem fructum
et passa est in corde et tamen firma perma-
6to nsit in fide. Sexto comparatur stella. Est stella
in caelo. Sic beata virgo. Licet ipsa cum
hominibus conversabatur hic in terra, tamen ipsa
semper fuit in caelo, quia ubicumque homo
habet aliquam rem quam diligit ibi

// nullum

Dencz oculos erigit sic ipsa dilexit ce- // sicut enim quia
lestem vitam ideo semper extendebat oculos ipsam diligebat
mentis in celum Math. vi° Vbi est the-
saurus tuus ibi est et cor tuum Unde inter
omnia signa salutis hoc est verissimum
qui plus cogitat de vita eterna Se- 2do
cundo sicut stella numquam potest cadere in terram
nisi totum celum ruat Sic ipsa numquam
cadit a celesti amore ad amorem terre-
num Unde ista [illegible] ista canit de ce-
// [illegible] [illegible] ipsa Regnum mundi et omnem
ornatum seculi contempsi propter amorem
domini mei ihesu christi quem vidi quem
amavi in quem credidi quem dile-
xi Unde ipsa potest dicere de se illud psalmi 3tio
[illegible] [illegible] Tercio sicut stella
est volubilis non per se sed per celum firma
quocumque eam celum trahit illud sequitur
Sic ipsa non vixit secundum propriam voluntatem
sed iuxta voluntatem dei quia semper fuit deo
obediens // iuxta Math. xxvi° Verbum non // sine qua non
sicut ego volo sed sicut tu vis Quarto placuit [illegible] et [illegible]
Regina hominibus obediens quia per inventionem et [illegible] xii sicut
gratiam eius eo admittebat beate virginis per [illegible] patri obe-
Sic legitur exemplum in quodam claustro fuit diens
quidam clericus qui vincat quod nunquam Exemplum
vellet comedere et bibere nisi prius ad
ad honorem beate virginis celum salutaret

Decantaret. Et factus est prior et numquam
illam consuetudinem dimisit quia. In eadem
civitate fuit quedam mulier devota famu-
la virginis in orationibus, ieiuniis et elemo-
sinis. // Cui quadam nocte virgo apparuit // Apparicio
in magna claritate, cuius intextum
pallium stellis. Cumque eam interrogaret quare
esset induta. Virgo prius illa virgo cum tu
dicta obscurissima aspexisti. At illa ait
Cum tam preciosum et clarissimum pallium
gerant. Videt. Ecce est plebanus in ci-
vitate, qui numquam bibit nec comedit
nisi prius centies salutationem meam
cum honore decantabit. At illa ait
Cum in tuo pallio alicubi sit in tenebri-
tate stelle. Et virgo inquit Est neglo-
cencia prioris pacientis qui ipse occupatione
gravis secularibus aliquando negligit unum
ad minus pro complere. Ideo in mea illi
sunt neglectas stellas complevit, et sic ipse una
tecum iam in brevi tempore trahetur ad
gaudium eternum. Ad quod nos perducat.
Carnales vero ~~dominum~~ de duobus
amy non erat nunc et Iohannis xi
Videmus quod nobiles inuocationes vo-
lentes revocare ipsum ad viam ondit
ei iubeat carnem. Ita etiam facit xpus
qui vult revocare peccatorem, dicunt multi
pauperum voluntates. Sunt dixit Thome

Vide manus meas scilicet quibus te redemi
quod. Noli timere, noli desperare propter tuum
peccatum, sed attende ad me cum tota fiducia
et puritate, et ego suscipiam te per gratiam et Revertere ad me cum tota spe
hec est forma ad manum, et vertere ad in-
terius. Sic testatur Augustinus. Dic (?) haec omnia
possibilia tibi sunt, excepto quod, quia non
vales ut non conversus vincere peccata qui
ad te venit. Unde ipse dicit per Ysaiam
primo: In manibus meis scripsi te. Ecce
dicta sunt ista scriptura. Item sunt alie
quamvis, que sunt facte ita diligenter
ut in suis manibus nomen cuiuslibet
ut [illegible] noctu dierum [illegible]
nullus [illegible] quod xl fecit. Quia scriptor noster
in manibus [illegible] habet. Ista scriptura
non sunt scripta in pergameno cum penna
in cauto et atramento, sed obtusi cla-
vi fuerunt calami. Venie suis sanguine
fuit atramentum. Scriptores fuerunt ipsi iudei.
Pergamenum fuit totum suum corpus.
Ista fuit dura scriptura, ubi propter magni-
tudinem vulneris non tantum digitus potuit
inferri, sed imponi tota manus. Deo
pergit ad bonitatem dei tui et age
sibi gratias et pete ut possis esse cum eo
tempore passionis sicut beata [illegible] quae
dixit: Dilecte mi et deus meus. De quo
[illegible] scribit in hec verba

Beda sup.

Beda super Marcum
dicit Thomas
qui interpretatur abyssus
vel geminus
quod grece dicitur Didimus
quia [illegible]
[illegible]
[illegible]
Didimus enim
recte vocatur propter
dubium cordis
de resurrectione
domini [illegible]
quia dum palpat
altitudine
[illegible]
[illegible]
[illegible]
Primum tamen per-
[illegible]

In illo tempore Thomas unus
de duodecim qui dicitur Didimus
non erat cum eis quando venit Ihesus. Dixerunt
ergo ei alii discipuli: Vidimus dominum.
Ille autem dixit eis: Nisi video in ma-
nibus eius fixuram clavorum et mittam
manum meam in latus eius non cre-
dam. Et post dies octo iterum erant di-
scipuli intus et Thomas cum eis. Venit
Ihesus ianuis clausis et stetit
in medio eorum et dixit: Pax vobis. Dein-
de dixit Thome: Infer digitum tuum
huc et vide manus meas et affer
manum tuam et mitte in latus meum
et noli esse incredulus sed fidelis. Respondit
Thomas et dixit ei: Dominus meus
et Deus meus. Dicit ei Ihesus: Quia
vidisti me Thoma credidisti. Beati qui
non viderunt et crediderunt. Iohannis xx°.

Scire debemus quod dominus dilexit Tho-
mam propter tria. Primum est propter ma-
gnam obedientiam. Secundum est eius perfecta
castitas. Tertium est eius pietas. Primum
est propter obedientiam quia tanto me-
ruit diligi a deo. Legitur enim cum sibi
dominus diceret quod iret ad Indos
et ibi pati martirium. Et ipse dixit:
Domine mea et tua ego servus tuus
fiat voluntas tua. Unde vere obediens.

procrastinauit

Non procrastinauit mandatum vera enim obedientia generat hominem xo et vngit diligit et acquirit graciam in presenti et gloriam in futuro. Vnde potuit dicere illa verba Iohannis que dixit xristus patri Non veni facere voluntatem sed voluntatem eius qui me misit. In hoc ipse imitatus est suum magistrum qui fuit obediens suo patri vsque ad mortem omnibus diebus vite sue. Nam deus est domino quia homini vnum est obedientem. Figura habemus Genesis xxvii legitur quod Abraham dedit filio suo tunicam que possederat sic xristus dat obedientibus filiis regnum celorum inobedientibus vero dat penam infernalem et recipiat eos a filio suo meliori eterorum. Vnde angelus in libro de obediencia dixit nunquam diebus et noctibus orare et in Ieiunio et in sacco iacere et nil aliud facere nisi quod preceptio est in lege ibi quasi sapiens et si non fuerit obediens deo sic omnes virtutes perdidisti. Vnde plus valet obediencia quam victima. Et vnde quid perdit in paradiso Adam quia licet non a glorie sui huius excepit quod ibi non ex alio advenit nisi ex inobediencia. Et quanto vim habet obediencia etc. Ihesus xristus dilexit hominem.

apud deum

meam

Hic est quod si vis a deo diligi sis ei obediens vsque ad mortem

aliud inobedientem

~~summus et sapiens~~ sumus et fuit

Et inspexit in eo perfectam caritatem
quam habuit ad deum quem dilexit
super omnia. Nam per caritatem coniungimur
omnes filii dei. Caritas enim est vinculum dei
ligatiui. Hoc vinculo deus fuit tractus de
celo ad terram. Hoc vinculo deus traxit ad
se Thomam ita quod nil cogitabat nil lo-
quebatur nisi de deo. Omnis enim qui aliquem
ac diligit semper de eo cogitat et bona lo-
quuntur. Propter hoc comparatur Abrahe. De quo
legitur Genesis xxii° quod cum voluit immolare
filium suum Isaac portauit in manibus
suis ignem et gladium. Sic Thomas cum
voluit deo immolare animam suam per martirium
portauit ignem caritatis dei et proximi et
tuo — gladium perfecte patiencie. Ideo dilexit
deus Thomam et inspexit in eo perfectam
puritatem. Cuius cum [illegible] manu
vnus in suo colore. Puritas enim cordis vnit
hominem cum deo. Vnde legitur in Judit
propter — cum Judith voluit occidere Olofernem
confortatum est cor eius in eo quod amauit
castitatem. Si ergo volumus saluari
nos imitari exempla sanctorum. Respice fidem
Abrahe et fuge infidelitatem. Respice
mansuetudinem Moisi et caue ab ira.
Respice humilitatem Dauid et dilige humiles. Re-
spice pacientiam Job et aduersa sustine pacienter

Amplectere et fuge maliciam. Caritate maria
ut deum toto corde diligas. Devo-
tionem accepit ut devotissime amas. Perpetuitatem virgi- denote
nitatis [illegible] [illegible] quarta anima qui tertio
[illegible] [illegible] et [illegible] fecerit ille deo
cognoscit et cognoscet [illegible]. Unde dicit
Iohannes x [illegible] ego sum pastor bonus et
cognosco oves meas et cognoscunt me
mee. Qualis autem erat anime dico vobis
[illegible] vos. Unde ille ait que fuit in
purgatorio dicens illa verba Job: Miseremini
mei miseremini mei saltem vos amici mei
quia manus domini tetigit me. Et iste tactus
quamvis manus pene purgatorii excedit omnes
penas. Unde dicit [illegible] angelorum [illegible]
est esse in purgatorio [illegible] et clau-
[illegible] in qua illa pena in craticula Quarta B. laurencius
[illegible] et licet ipse tactus est [illegible] in [illegible]
[illegible] in [illegible] Hec pena est tanta ignis quod si [illegible] camera [illegible] prima
[illegible] maris et omnes aque ibi fluerent non
possent scintillam illius ignis extinguere
[illegible] et [illegible] et nunquam [illegible] In illa camera
[illegible] sit omnes fornicatores adulteri
et [illegible] peccatores. Capitulo xij [illegible] que
[illegible] [illegible] [illegible] primo [illegible] cum [illegible]
[illegible] ignis [illegible] sic ibi ardebunt
igne [illegible] In illa camera est ille [illegible] 2a

Ut si omnia que in mundo sunt in igne

frigoris — vix tererent unam minimam guttam [illegible] posset

calefacere. In hac camera punientur ille

omnes incredulitatis qui sunt pallida pre

frigore incredulitatis. Iuxta illud Math. xxv

tertia — Ibi erit fletus et stridor dentium. In tertia

camera erit tanta tenebrositas quod pal-

pari poterit. Ibi sigillati sunt omnes qui

ex invidencia alterius se a deo, quia ma-

gis dilexerunt tenebras quam lucem. Plus

peccatum quam virtutes. Plus [illegible] quam deum.

Ideo ibi habebunt tenebras perpetuas.

quarta — In quarta camera tantus est fetor quod totus

plena — mundus cum aromatibus [illegible] minimum fe-

torem eius posset expellere. Ibi sigillati sunt

omnes qui [illegible] vixerunt de spoliis

rapina et usura. Et sic nunc fetidam

[illegible], sic ibi erunt cibus demonum.

quinta — In quinta camera [illegible] ista pecto-

ra implebuntur igne qui exibit de [illegible]

ignis et flamma [illegible] camera ibi si-

gillabuntur omnes qui exercebant se ad sin-

gula peccata vel in omnibus viciis arde-

bant. In sexta camera erit [illegible]

[illegible] Ignis [illegible] non

morietur. Unde quidam dampnatus in nocte

apparens ad ianuas filij sui, tulit se-

cum de [illegible] et [illegible]

Ad Gostinum filii dixit: Ecce attuli filio
meo prestet quibus vestem in nuptiis in
illa stellati sunt omnes qui regnant iusti
ciam sicut memorat ut faciet sicut sunt
certe perpetua tamen est desperacio nam
gratia quia ibi contra illa regna tempore nulla
fiet de venia dei si etiam historia et an
gustia et aliud prophetam ab ipse omnibus
sibi liber sit. Thomas ut infra
Thomas qui dicitur Didimus cum
esset apud Cesaream apparuit ei
dominus dicens: Rex Indie nomine Gundo-
forus misit prepositum suum ad Syriam querere
hominem arte architectoria eruditum. Ve-
ni ergo mittam te ad eum. Cui Thomas
Domine mitte me quo vis preter Indos. Cui
dominus: Vade securus quia ego custos tuus
ero te defendam et cum converteris Indos
ad me cum palma martirii venies. Cui
Thomas et dixit: Dominus meus es tu et
ego servus tuus fiat voluntas tua. Hec eo
dicente ecce prepositus familiaris regis Indorum — Gundoforus
nomine Abanes descendens de navi de-
ambulabat in platea in foro. Tunc — Abanes
venalium dominus autem accessit ad eum di-
cens: quid queris o iuvenis? At ille
ait: Dominus Rex Indorum misit me querere ut
ei conducam magistros artificiorum qui sibi

Artem architectoriam / et omnia que ex li-
gnis fiunt aut ex lapidibus ut Roma-
no more sibi domum construeret. Cui dominus
ait / Ecce servum meum ydoneum et fidelem
,, mis.
mittam / qui tecum iam ad ipsius civitatem
/ et quicquid laborat / in labore suo
mercedem reportat. Quem mittam tecum
/ ut expletis omnibus ad me cum honore
salvus ad revertatur. Abbanes gaudens
et gratias agens / osculatur genua eius. Et
tradidit dominus Thomam et magno cum
navigantes prospere / pervenerunt ad quandam
civitatem in qua rex filie sue nuptias
A Andropolim
celebraret / Qui cum preconisari fecisset
ut omnes imposito interessent / alias regem
offenderent. Contigit ut hic Abbanes intra-
rent Thoma. Ubi puella Hebrea fistu-
laret in manu gerens fistulam / et
unumquemque laude sua decorabat. Cum
videret eum intellexit eum esse Hebreum / eo
quod non manducaret / sed oculos in celum leva-
ret. Dum autem puella hebraice coram eo
cantaret / dicens unus est deus Hebreorum
qui fecit celum et terram / apostolus eam pre-
cipit ut hec verba repeteret. Pin-
cia quod non manducaret. neque biberet
post colum impressit ipsum ad maxillam

tetigit Dixit Thomas meus deus ut
in futuro tibi indulgentiam dederit / et
hic temporalia pena reddet / nec hinc surgam
donec manus que me percussit / hic a ca-
nibus afferatur Cum autem pincerna ad hauriendum
aquam iret leo ipsum arripiens occidit / la-
cerantibus autem canibus corpus eius / Canis
niger manum dextram que eum maxillat
in medio convivii attulit / Quo viso
omnis turba obstupuit / Et puella verba
eius retinens proiecta fistula / ad pedes
apostoli procidit / Rogatus apostolus ad petitionem regis
benediceret sponso et sponsam dixit / Da e-
is domine benedictionem dextere tue / et semina
semen vite in cordibus eorum / Abeunte autem
apostolo / repertus est ramus palme plenus fructu
in manu sponsi / Comedentibus spon-
so et sponsa / fructu de ramo invenerunt ambo
obdormierunt / et somnium idem ambo viderunt
/ Videbatur autem eis quod rex gemmatus eos
amplecteretur dicens / apostolus meus vos
benedixit / ut eterne vite participes essetis Evi-
gilantibus eis / et mutuo somnium narran-
tibus apostolus ad eos ingreditur dicens Rex
meus vobis apparuit / et me huc clausis
ianuis adduxit / ut super vos benedictio
mea / fructificet / Diligite iudicia que

Inventus
Dionisius
puella pelagia
incorporabatur

Est Regina [illegible] facta salutis socia
angelorum possessio omnium bonorum / Post illo
dicente / Ecce duo angeli apparuit di-
centes / Nos sumus a domino deo deputa-
ti vobis ad custodiendum / si mandata
apostoli servaveritis omnia opera vestra offeremus
deo / Post hec apostolus baptizavit et fidem
instruxit / Et post ea sponsa nomine Pela-
gia / sacro velamine consecrata martirium
passa est / Et sponsus nomine Dyonisius in e-
piscopum eiusdem civitatis consecratur / Post hec igitur
Abbanes cum apostolo ad regem Indorum per-
venit / Rex apostolo magnam pecuniam tradidit
petens ut sibi inde Romanis palla-
cium construeret / Recedente rex in aliam
alia provinciam per biennium sibi magister interim
apostolus totam pecuniam pauperibus distribuit
Rex vero rediens et audiens Thome
factum / fecit eum in carcerem / Interea frater regis
moritur / et quarta die resurgens regi di-
xit / Frater quem Thomas in carcere qui est
amicus dei et angeli eius sibi serviunt
qui me in paradisum duxerant palatium ex
auro et argento et lapidibus preciosis
Cumque illud conspicerem / quod essem eius ia-
nitorum dixerunt mihi frater tuus ipso palacio
fecit se indignum / si vis in ipso manere
rogabimus deum ut te suscitet ut sic pos-
sis illud emere apud fratrem tuum recepta

et predicans in Indos ad fidem convertit

et cum eius pulchritudinem admirarer dixerunt hoc est palacium quod apostolus Thomas fratri tuo construxit Cuius precium

Ei pecuniam qua se existimat perdidisse | Hoc
dicto Rex cum fratre ad carcerem abiit Et
educti apostoli ad pedes utriusque cadentes
veniam postulabant Tunc ait apostolus multum
vobis deus contulit | ut secreta sua vobis
ostenderet credite in Christum et baptizamini | ut
sitis regni celestis participes effecti Tunc
frater regis ait Vidi palacium quod frater meus
construxisti | et illud vellem apud eum emere
Tunc ait apostolus | hoc est in voluntate
sua | si tibi vendere velit Rex ait illud
erit meum | et apostolus tibi construet aliud
Quod si hoc non poterit ipse et tu in commune erit
Respondit apostolus | multa sunt palacia in
celo | ab initio mundi preparata que precio
fidei et elemosinis comparantur | Et divicie
vestre possunt antecedere vos non autem sequi
Tunc apostolus aggregatis omnibus hominibus
illius provincie | curavit coram eis omnes
infirmos Regem quoque ad fidem convertit | hic
quoque predicacione xx milia hominum
baptizavit Deinde | venit ad superiorem
Indiam uxorem Regis nomine Migdonii
sua convertit | ad fidem Christi | Quod audiens
Rex iratus iussit apostolum stare super laminas
ferreas candentes nudis pedibus | Sed protinus
nutu dei fons aque ibi prorupit et
extinxit eas | nec ad aliquid profecit

Tunc rex iussit eum ad fornacem arde-
ntem in poni, que statim refrigerata est
ita ut altera die sanus exiret. Postea sunt
adducti ad placitum solis ut adoraret ibi quia
aut adimere te dolorum quantitatis est. Ut exac-
et simulacrum comminuat. Hoc cum factum esset
ab pontifex templi gladium arripuit et
apostolum interfecit dicens: vindicabo iniurias
dei mei. Christiani corpus eius tulerunt
et honeste sepelierunt. Adveniente autem
solemnitate sancti Thome patriarcha Indorum
cum suis suffraganeis volens de
missarum solemnia agere collocat in sede
iuxta corpus sancti apostoli statim quod peragit huius
diei solemnia divina aut eukaristie parte.
Ex tempus adveniret patriarcha consecrare
hostias in altari apponit et cum magna
reverentia ad locum ubi corpus apostoli sedere
erat defert et flexis genibus coram apostolo offert
Tunc ille extensa manu dextra suscepit
ut non mortuus sed vivus esse crederetur
Primus autem ipse Christus ... cum devo-
tione accedunt unus post alium et hostias de
manu apostoli suscipiunt non poenitente
Si autem quis infidelis aut mortali peccato
infectus sacram hostiam de manu apostoli acci-
pere volebat omnibus videntibus apostolus ho-
stiam in sua manu retraxit ut quidem

Petor prius erat manum aperuit / petor autem nunquam evadere potuit / ecclesia autem a petro resi-puit / pecunia accepta corpus eius ab apostolo sumpsit / alii dicunt de loco exiunt moncbatia que dicitur infideles quod eadem gestitimur ipse omnibus et tota civitas factis / pecunia ad pus ipse facit corpus apostoli in debita reve-rentia deposuit et quando ipse affecutus eius civitatem regimus cum ut ipse velit et nobis petere istum xem ut possimus vitare peccata in hoc modo et ut per hoc imperia vitam possimus assequi etc / ad quam

Ecce ego mitto ad vos prophetas Math xxiii. Videmus quod vitrum prius parat uniri ondit illud in vitro fenestris / ut videntes homines claritatem primo intraret domum et videret ... ista fecit deus ut osten-dit hoc beato stephano veniendo ... primo martiri / ut ipsa ... eius ... illud sua passione et ut alii ma-rtires ipsum sequerentur / unde illud ipse po-tuit dicere Ezechielis 10 / Cum essem iuxta fluvium Chobar / aperti sunt celi et vidi visiones dei / Chobar interpretatur magnitudo tribulationis / sicut ... aqua lavat immunditias et sordes / ita lapidum ... rabat peccata / unde celum apertum est ei ut ex-pectatum primi martiri ...

Ecce in a ... servator late... filia sancta ... ... tali ... ... tribus ...

ffratres heri celebravimus heri natale regis / hoc celebramus triumphalem mortem sui militis / heri rex de utero virginis egressus dignatus est visitare mundum / hodie miles de hac misera vita exiens intravit ad celum / heri Christus apparuit carnis velatus / hodie Stephanus ascendit sanguine

laureatus Stephanus ascendit quia Christus descendit / Christus natus est laudantibus angelis / Stephanus mortuus lapidantibus iudeis / Et ut dicit ffulgencius in sermone hodierno Sola descendit deus ut milites clamaret / humiliavit se rex ut milites milites exaltaret / hec ille

Unde sancte decimus / sicut cum denegatum tam iste
veritatem / et iustitiam / apparet ei celum
sic et beato Johanni in exilio. Nunc cum sancte
Stephanus sunt primo qui cum violentia intra-
vit celum. Et hoc est in eo multum lau-
dabile. Nam qui aliquod castrum impugnat
et lucratur, non ille laudatur qui intrat
ultimus, sed ille laudatur et est dignus po-
tentie et glorie qui primus intrat. Et hoc
fecit beatus Stephanus. Ideo potuit vexilli-
fer Christi. Ipse cum pugnavit fortiter pro verita-
te cum iudeis usque ad mortem. Ideo ha-
buit a deo speciale adiutorium scilicet primus
qui sibi monstravit. Audacia sanctorum sua
aperuerunt multos. Quia velud angelicum
confortaverunt sicut testes. Habuit celum
apertum ubi vidit Christum qui confert solatium
hominum in tribulatione. Unde ipse nobis in-
imicos vincit non armis sed verbo et caritate
